

6. Nam, & si volviero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

7. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet.

8. Propter quod ter Dominum rogavi ut discideret a me:

9. & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabiteret in me virtus Christi.

10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: Cum enim infirmor, tunc potens sum.

11. Factus sum insipiens, vos me coegeritis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum:

12. signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus.

13. Quid est enim, quod minus habuistis praeter ceteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc iniuriam.

14. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos: & non ero gravis vobis. Non enim quare quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filii.

15. Ego autem libertissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar.

16. Sed esto: ego vos non gravavi: sed cum essem astutus, dolo vos cepi.

17. Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?

18. Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigis?

19. Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loqui mur: omnia autem charissimi propter ædificationem vestram.

20. Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo, inveniam vos: & ego inveniar a vobis, qualem non vultis: ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susur

rationes, inflationes, seditiones sint inter vos:

21. ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerrunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

## CAPUT XIII.

Hocatur eos ne poteſtate quam accépit à Christo, uti cogatur in delinquentes.

1. Ecce tertio hoc vénio ad vos: \* In ore duorum, vel trium testimoniū stabit omne verbum. Deut. 19. Matth. 18.

2. Prædixi, & prædicto, ut præsens, & nunc absens iis, qui ante peccaverunt, & ceteris omnibus, quóniam si venero iterum, non parcam. Ioann. 8. Hebr. 10. 28.

3. An experiméntum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?

4. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

5. Vosmetipso tentate si etsi in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipso quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobri etsi.

6. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobri.

7. Oramus autem Deum ut nihil mali faciat, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciat: nos autem ut reprobri simus.

8. Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.

9. Gaudemus enim, quóniam nos infirmi sumus, vos autem potentes etsi. Hoc & oramus vestram consummationem.

10. Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destruptionem.

11. De cetero, fratres, ne gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. \* PRO MISS. VOTIVA DE SS. TRINIT.

12. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. EPI-

# EPÍSTOLA B. PAULI APÓSTOLI AD GÁLATA S.

CUM Apostolus Paulus, peragratis superioribus Asia partibus; hoc est Galatia & Phrygiā, venisset Ephesum ubi per biennium docuit in schola cuiusdam tyranni (Act. 18. 23. & 19. 1. ac seq.) rescivit Galatas statim ab eius discessu à falsis fratribus deceptos esse, qui hominem ex operibus legis iustificandum docerent, eosque sic ad circumcisionem & ceteras legis ceremonias traducerent; non illi quidem ut Christum penitus abjiciendum, sed ut legem cum Christo coniungendam esse contenderent. Et quia Pseudomagistris illis notum erat horum dogmatum vel acerrimum adversarium esse Paulum Apostolum, id est eius auctoritatem elevare, cumque longè intrà ceteros deprimere omnibus modis tendebant, imò ipsum quasi à reliquorum Apostolorum doctrinâ dissentientem non obscurè insinulabant. Ergo ut illorum audaciam Paulus coercet, sui dignitatem Apostolatus in primis tueretur, & doctrina sue cum reliquis Apostolis concordiam ex habita cum ipsis collatione comprobat. Moxque adductis rationibus, & è scriptura veteri testimonis, Galatas ab errore revocat. Interim varios affectus inspergens Epistole, agris illorum animis variè medetur.

Scripta est Epistola Epheso, ut ex peregrinatione Pauli intelligitur, & argumenta Latinis exemplaribus præfixa testantur; idque circa annum Era nostra 56. à Christi morte 23. Graecorum codicum subscriptio missam vult ex urbe Roma, quod minus verisimile est, siquidem in ea non meminit vincularum suorum Apostolus, ut in aliis ibi scriptis facere solet, & Galatas statim à discessu suo in errorem abreptos, statim ab errore revocasse existimare par est.

## CAPUT PRIMUM.

Cum falsi doctores Paulum ut missum tantummodo ab Apostolis, non ut Apostolum habérent, primum ille characterem suum, & auctoritatem constituit; ac subinde docet se à Christo ipso jam glorioso, & à mortuis suscitato proximè missum; tum conversionis sue circumstantias enarrat.

1. Aulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis:

2. & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo,

4. qui dedit seme tipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri,

5. cui est gloria in sæcula sæculorum: Amen.

6. Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud Evangelium:

7. Quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi.

\* 1. Cor.

15. 1.

TIN COM.

MEMOR.

S. PAULI

APOST.

\* Ephes. 3.

3.

8. Sed licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.

9. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepisti, anathema sit.

10. Modò enim hominibus suádeo, an Deo? An quare hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi servus non essem.

11. \* Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est à me, quia non est secundum hominem:

12. \* neque enim ego ab homine accépi illud, neque díddi, sed per revelationem Iesu Christi.

13. Audistis enim conversationem meam aliquandò in Iudaismo: quóniam supra modum persequébar Ecclésiam Dei, & expugnabam illam,

14. & proficiébam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantiū emulátore existens paternarum meárum traditionum.

15. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex útero matris meæ, & vocavit per gratiam suam,

16. ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in Géntibus: continuo non acquiévi carni & sanguini,

17. ne-

17. neque veni Ierosolymam ad antecesores meos Apóstolos : sed abii in \* Ann. 34. Arábiām \* : & iterum revēsus sum Da-vulg. 34. māscum:

\* Ann. 37. 18. deindē post annos tres \* veni Iero-solymam vidēre Petrum , & mansi apud eum diēbus quīndecim:

19. Alium autem Apostolōrum vidi néminem , nisi Iacōbum fratrem Dómini.

20. Quæ autem scribo vobis , ecce co-rām Deo quia non mēntior. \*

Eòdem 21. Deindē veni in partes Syriæ , & Ci-anño. liciæ.

22. Eram autem ignōtus fācī Ecclēsiis Iudææ , quæ erant in Christo:

23. tantū autem audītū habēbant: Quóniam qui persequebātur nos aliquāndō , nunc evangēlizat fidem , quam ali-quāndō expugnābat:

24. & in me clarificābant Deum.

## C A P U T III.

*Doctrinam suam cum Apostolōrum doctrinā omnino consentire ostēdit. Ita enim in concilio Ierosolymitāno fuit iudicātum. Tertius ille fuit eius advéntus Ierosolymam. Petri reprobēnsio.*

1. **D**eindē post annos quatuorde-cim \* , iterum ascēdi Ie-rosolymam cum Bárhaba , assūmpto & Tito.

\* Ann. 50. 2. Ascēdi autem secundūm revelatiō-nem : & cōntuli cum illis Evangēlium, quod prēdico in Géntibus , seorsum autem iis , qui videbāntur áliquid esse : ne forte in vacuūm cūrrem , aut cūcur-rissim.

3. Sed neque Titus , qui mecum erat, cūm esset Gentilis , compūlsus est circumcidī:

4. sed propter subintrodūctos falsos fra-tres , qui subintrodūerunt explorare li-bertātem nostram , quam habēmus in Christo Iesu , ut nos in servitūtem redi-gerent.

\* Deut. 10. 5. Quibus neque ad horam cēssimus sub-Sap. 6. 8. iectiōne , ut vēritas Evangēlij permāneat Eccli. 35. apud vos:

Aétor. 10. 6. ab iis autem , qui videbāntur esse 34. áliquid , (quales aliquāndō fūerint , nihil Rom. 2. 11. Ephes. 6. 9. mea intērest. \* Deus pēsonam hōminis Col. 3. 25. non accipit) mihi enim qui videbāntur 1. Petr. 1. esse áliquid , nihil contulérunt.

17. 7. Sed ecóntra cūm vidissent quod crē-ditum est mihi Evangēlium prēputij , si-cut & Petro circumcisōnis:

8. (qui enim operātus est Petro in Apo-stolātūm circumcisōnis , operātus est & mihi inter Gentes)

9. & cūm cognovissent grātiām , quæ data est mihi , Iacōbus , & Cephas , & Ioánnes , qui videbāntur colūmnæ esse, dextræ dedérunt mihi , & Bárhaba socie-tatis : ut nos in Gentes , ipsi autem in cir-cumcisōnem:

10. tantū ut páuperum mēmores es-sēmus , quod étiam solícitus fui hoc ipsum fācere.

11. Cūm autem veniſſet Cephas Antio-chiām : in faciem ei rēstītī , quia repre-hensibilis erat.

12. Priūs enim quām veniſſent quidam à Iacōbo , cum Géntibus edēbat: cūm au-tem veniſſent , subtrahēbat , & segregā-bat se timens eos , qui ex circumcisōne erant.

13. Et simulatiōni eius consenſerunt cé-teri Iudæi , ita ut & Bárhabas ducerētur ab eis in illam simulatiōnem.

14. Sed cūm vidissēm quod non rectē ambulārent ad veritātem Evangēlij , dixi Cephæ coram ómnibus : Si tu , cūm Iu-dæus sis , gentiliter vivis , & non Iu-dæicē : quōmodō Gentes cogis Iuda-iārē?

15. Nos natūrā Iudæi , & non ex Gén-tibus peccatōres.

16. Sciente autem quod non iustificā-tur homo ex opēribus legis , nisi per fidem Iesu Christi : & nos in Christo Iesu crē-di-mus , ut iustificēmur ex fide Christi , & non ex opēribus legis : \* propter quod Rom. 3. ex opēribus legis non iustificābitur omnis 20. caro.

17. Quod si querēntes iustificāri in Christo , invēti sumus & ipsi peccatōres, numquid Christus peccati mīnister est ? Abſit.

18. Si enim quæ destrūxi , iterum hæ-ædifico : prēvaricatōrem me consitūto.

19. Ego enim per legem , legi mórtuus sum , ut Deo vivam : Christo confixus sum cruci.

20. Vivo autem , iam non ego : vivit verō in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne : in fide vivo filij Dei , qui dilēxit me , & trādidit fēmetipsum pro me.

21. Non abjicio grātiām Dei. Si enim per legem iustitia , ergo gratiā Christus mórtuus est.

CA-

## C A P U T III.

Postquam Apóstolus fidei dogma consti-tuit , legales ceremonias iustificāre non pos-se , Galatas ipsos compellat , & stulti-tia non ferēda eos revincit , quod ad-versus veritātem sibi notam in tam cra-fsum errōrem se à falsis doctōribus induci paterēntur , quasi mentis oculis fascinā-tis ; zelo quidem aculeato , & vivo , sed & veritāte ipsā animāto Galatas incre-pat ; non ut lēdat , sed ut sanet.

1. **O** Insensati Galatae , quis vos fas-cināvit non obedire veritati , ante quorum oculos Iesu Christus præ-scriptus est , in vobis crucifixus?

2. Hoc solum à vobis volo discere : Ex opēribus legis Spíritum accepisti , an ex audītu fidei?

3. Sic stulti estis , ut cum Spíritu cœ-peritis , nunc carne consummēmini?

4. Tanta pāssi estis sinē causa ? si tamen sinē causa.

5. Qui ergo trābit vobis Spíritum , & operātūr virtutes in vobis : ex opēribus legis , an ex audītu fidei?

\* Gen. 15. 6. Sicut scriptum est : \* Abraham crē-didit Deo , & reputātum est illi ad iusti-tiam.

Rom. 4. 3. Iac. 2. 23. 7. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt , ii sunt filii Abrahæ.

8. Prōvidens autem Scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus , prānunciāvit

\* Gen. 12. 3. 5. 9. 20. 21. 12. Abrahæ : \* Quia benedicēntur in te omnes Gentes.

Eccli. 44. 9. Igitū qui ex fide sunt , benedicēntur cum fideli Abraham.

10. Quicūmque enim ex opēribus legis sunt , sub maledicto sunt. Scriptum est enim : \* Maledictus omnis , qui non per-mānerit in ómnibus , quæ scripta sunt in Libro legis ut fāciat ea.

11. Quóniam autem in lege nemo iusti-ficātur apud Deum , manifestum est : \* quia Rom. 1. 17. iustus ex fide vivit.

12. Lex autem non est ex fide , sed , \* Lev. 18. \* Qui fēcerit ea , viver in illis.

13. Christus nos redēmit de maledicto legis , factus pro nobis maledictum : quia scriptum est : \* Maledictus omnis qui pendet in ligno:

14. ut in Géntibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu , ut pollicitatiōnem Spíritus accipiāmus per fidem.

15. Fratres (secundūm hōminem dico) \* Hebr. 9. 17. \* tamen hōminis confirmātūm testamē-tum nemo spernit , aut superordīnat.

16. \* Abrahæ dictæ sunt promissōnes , \* DOM. & sémini eius. Non dicit : Et seminib⁹ , 13. POST PENTEC.

17. Hoc autem dico , testamētum con-firmātūm à Deo : quæ post quadringētōs & triginta annos facta est Lex , non irri-tum facit ad evācuāndām promissōnem.

18. Nam si ex lege herēdāta , iam non ex promissōne. Abrahæ autem per repro-missōnem donāvit Deus.

19. Quid igitū lex ? Propter transgres-siones pōsita est dōnēc venīret semen , cui promiserat , ordināta per Angelos in manu mediātōris.

20. Mediātor autem unūs non est : Deus autem unus est.

21. Lex ergo aduersus promissā Dei? Absit. Si enim data esset lex , quæ posset vivificāre , verē ex lege esset iustitia.

22. \* Sed conclūsit Scriptura ómnia sub peccāto , ut promissio ex fide Iesu Christi dārētur credēntibus. \* Rom. 3. 9.

23. Priūs autem quām venīret fides , sub lege custodiebāmūr conclūsi in eam fidem , quæ revelānda erat.

24. Itaque lex pēdagōgus nōster fuit in Christo , ut ex fide iustificēmur.

25. At ubi venit fides , iam non sumus sub pēdagōgo.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem , quæ est in Christo Iesu.

27. \* Quicūmque enim in Christo bapti-zati estis , Christum induistis. \* Rom. 6. 3.

28. Non est Iudæus , neque Grēcus: non est servus , neque liber : non est māsculus , neque fēmina. Omines enim vos unum estis in Christo Iesu.

29. Si autem vos Christi. Ergo semen Abrahæ estis , secundūm promissōnem he-rēdes.

## C A P U T IV.

Statūm Iudæūm sub lege , cōparat cum statū filij , qui minor est annis ; idque

ut iam ante probātūm , ponit pōpulum Christiānum verūm esse promissōnūm he-rēdem , qui quāndū est pārvulus , nihil differt à servo , neque agit ut herēs.

1. **D**ico autem : \* Quanto tēmōre \* DOM. heres pārvulus est , nihil differt INFRA OCTAV. NATIV. DOMINI. & IN VIG. EPIPH.

2. sed sub tutōrib⁹ , & actōrib⁹ est usque ad prāfinitūm tempus à patre:

3. ita & nos cūm essēmus pārvuli , sub elemētis mundi erāmus servientes.

4. At ubi venit plenitudo tēmoris , Eeeee mi-